

**S**exto habitauerunt in vnum quantum ad eandem passionem. Omnes enim passionem quas alij sancti habuerunt particulariter. isti sancti videntur habuisse vniuersaliter fuerunt enim in mari meti instar clementis. In igne protecti instar laurentij. in eculeo torti instar vincencij. crucifixi instar petri. lapidati instar stephani. sagittati instar sebastiani. et decapitati ad instar beati pauli. Et ideo poterat dicere cum *plura* *Deus* fluctus tuos induxisti super me.

*De sancto Michael archangelo.*

Sermo primus

**G**audius erit an-

gelis dei super vno peccatore penitentiam agente. *Luc. duodecimo cap.* Si angeli gaudent de nostra puerione et nos gaudere debemus de eorum glorificatione. Et si de nobis faciunt festum in celis et nos debemus de ipsis facere festum in terris.

Et ideo quatuor solennitates de ipsis angelis celebrant. Prima hodierna die celebratur que ortum habuit ex quadam ecclesia quam in monte gargano michael edificauit. et se loci illius custodem esse asseruit. Ex quo datur intelligi quod angeli sunt custodes omnium animarum. *Iero.* Magna dignitas amittitur ut vnaqueque angelum habeat ad sui custodiam deputatum. Datur enim angelus cuiuslibet in quintuplici statum in quo est ei custodia eius necessaria. Primo nato in utero ne a diaboli malicia necaretur. Secundo egresso de utero ne a baptismi gratia a diabolo impediret. *Job. iij. cap.* Quare non in vulua mortuus sum egressus de utero non statim perii. Tercio uiuenti in mundo ne ad peccata plurima pertraheretur. Unde postquam *plura* dixit. Angelis suis mandauit de te. statim subiungit. Surre aspidem et basiliscum am. et c. Per aspidem que autem in terra figit intelligitur auaricia. Per basiliscum que huius visum venenosum intelligitur luxuria que

aspectibus inflamat. per leonem intelligitur superbia. per draconem qui caudam inuoluit intelligitur consuetudo praua. Quarto exire de mundo per mortem ne de fide tempestas vel in desperationem pertrahatur. vel a perfessione impediat. *Gen. iij.* Tu infidiaberis calcaneo eius. Quos enim diabolus non potest decipere in iuuentute que est prima pars hominis nec in senectute que est quasi secunda pars hominis hos decipere nititur in morte que est quasi calcaneus et vltima pars hominis. Quinto post mortem. In via enim quam anima est tunc factura sunt laquei positi a quibus angelus hominem pregit. *Psal.* In via hac qua ambulabis. *su. la. m.* *Judith. xij.* Viuit dominus quia custodiuit me angelus eius et hinc eunt et ibi commorantur. et inde huc reuertentes. Angelus enim custodit animam huc venientem per naturam in utero et ex utero et ibi commorantem et uiuentem in mundo et hinc reuertentem. id est ad celestem patriam redeuntem siue dum est in morte siue dum vadit

post mortem. Secunda solennitas fit. xvij. kal. nouembris in loco qui tuba dicitur ubi angelus michael episcopo apparens ecclesiam sibi edificari precepit. Ex quo datur intelligi quod angeli libenter cum hominibus societatem habent qui tonens in terris volunt habere habitationem. hoc significatum est in angelis quos salomon fecit fieri in propitiatorio templi. de quibus quatuor legimus. quod erant de lignis oliuarum. quod tenebant alas expansas. quod habebant pedes obliquos et eleuatos quasi ad iubilandum paros. et quod uestibus vulnibus mutuo se respiciebant. Olim angeli videbantur esse ferrei. id est incorporeales et duri. sed modo sunt de lignis oliuarum. id est misericordes et pijs. Olim inire ad homines veniebant. et ideo tenebant alas suas dimissas. sed modo cito ad nos veniunt et ideo alas expansas habent. Olim soli deum laudabant. sed modo in laudando associant se hominibus. *Psal.* Preueniunt principes coniungi psallentibus et c. Olim naturam nostram infirmam despiciebant. sed modo

videntes ipsas in christo exaltatam in stu-  
porem et admirationem pervertuntur. **Ad te**  
spectus ipse mutus representat et. **Ido**  
etiam modo hic modo ibi sibi ecclesias et  
dificari faciunt ut insinuent quod libenter ho-  
mines associant. et maxime quinquagene-  
ra hominum. scilicet deum laudantes. **ps.** In  
conspetu angelorum psallam tibi et. In tri-  
bulationibus existentes. **Danie. iij.** Ange-  
lus domini cum azaria et sociis eius in for-  
nacem et. Contra demones dimicantes.  
**iii. Reg. vi.** Nolite timere. plures enim no-  
biscum sunt quam cum illis. In domino morietes  
**Luce. xvi.** Factum est ut moreretur mendi-  
cus et. **Miseria** divina deuote exequen-  
tes. et maxime missarum solemnitas celebra-  
tes. ut dicunt gregorius et beda. **Tercia**  
solemnitas. vi. ydus martij celebratur que  
victoria sancti Michaelis dicitur. quan-  
to signis victoriam dedit. et pro ad-  
uersarios eorum omnia elementa fecit pug-  
nare. scilicet terram. quia mons garganus com-  
mouit. **Aerem.** quod caligo tenebrosa totum  
montem obduxit. **Ignem.** quod fulgura cre-  
bra volabant. **Aquam.** Unde cantat. **Co-**  
cissum est mare et. **Sap. iij.** Pugnabit  
cum illo orbis terrarum pro insensatos.  
**Quarta** solennitas rome. viij. ydus martij  
agitur quam scilicet deus pestem inguinariam in  
romanos immisit. et gregorius angelum  
spatam tergentem asperit. Angeli enim pu-  
munt maxime quatuor genera peccatorum.  
scilicet sodomitas et incestuosos ut habet **Ge-**  
**nesis. xix.** Oppressores et violentos. sicut  
pharaonem et egypcios. ut habetur **Ero-**  
**di. xv.** Superbos et vane gloriosos. sicut  
dauid populum ex vana gloria numeran-  
tem. ut habetur. **ij.** **Regum. ultimo.** Im-  
mundos et gulosos. sicut romanos qui cum  
gule et luxurie deseruerunt. ab angelo peste  
inguinaria sunt percussi.

**De eodem. Sermo. ij.**

**O**mnēs sunt administratorum spiri-  
tus in ministerium missi propter eos  
qui hereditatem capiunt salutis  
ad **Hebre. j.** Qui omnes dixit nullum exclusit  
Deus enim mittunt ad salutem. superiores  
ad medios. medij ad infimos et infimi ad  
**nos.** **Horandum** autem quod in hoc est potentia  
intellectiva. operativa et affectiva. **Intellec-**  
tiva autem habet triplicem defectum ad quem re-  
mouendum mittunt ordines inferioris hierar-  
chie. **Est** enim obscura. **j. Cor. xv.** Vi-  
demus nunc per speculum in enigmate et.  
**Ad** istud impedimentum remouendum mit-  
tunt angeli quorum officium secundum gregorem. est nu-  
ciare minora. **Est** imperfecta. quod etiam aliqua-  
do cognoscat minima. non tamen profunda  
**j. Cor. xv.** Ex parte cognoscimus et ex parte  
prophetauimus. **Contra** istum defectum mittunt  
archangeli quorum officium secundum gregorem. est  
nunciare summa. **Est** multiplici obliuio-  
ni subiecta **Aug. de ci. dei.** Cum labore me-  
minimus et sine labore nescimus. cum labo-  
re strenui. sine labore inertes sumus **Co-**  
tra istum defectum mittunt virtutes quibus  
secundum gregorem. attribuit operatio miraculorum per  
que scientiam nostram que est ex fide stabilium  
et perficitur. **Isti** tres actus istorum trium ordi-  
num significari sunt. **iii. Reg. xix.** ubi ange-  
lus helie tria bona prout. quod aquam sibi pi-  
nauit. panem dedit. et ipsum fornicauit. **p-**  
aquam que est potus paruulorum intelligit re-  
uelatio minorum que spectat ad angelos. **p-**  
panem qui est cibo fornicum intelligit reuelatio-  
nem difficiliu que spectat ad archangelos. per  
fortitudinem collatam intelligit roboratio-  
nem in cognitione minorum. quam difficilem  
que spectant ad virtutes **Secundo** in hoc  
est potentia operativa et ista huius triplex impe-  
dimentum ne exeat in opere suo. ad quod remo-  
uendum mittunt ordines medie hierarchie  
**Impedit** enim aliquando a dyaboli temptatio-  
ne. **pri. Thessa. ij.** Imperit nos satanas.  
**Istud** remouent prelati. quorum officium est  
secundum gregorem. potestatem demonum refrenare

Aliquā a mūdi repressiōe. **Johā. xvi. ca.**  
**In mūdo pres. ha.** Istud remouent prin-  
 cipatus qz faciūt nos mūdānis omnibz  
 principari. Aliquādo a corpis corruptiōe  
**Sap. ix.** Corpus qd corumpit aggra-  
 uat animā. Istud remouent dominatōes  
 que faciunt nos omnibz carnalibz victis  
 dominari. Isti tres actus istorū trium or-  
 dinum significant. **Gen. xxiij.** vbi ange-  
 lus tria bona iacob dedit. qz ipsum cōtra  
 esau pstantem fecit. ysaiael nomen impo-  
 suit et neruū femoris percussit et emarcuit.  
**Tunc angelus ptra esau hominēz pstantē**  
**fecit quando ptra diabolicas tēpratiōes**  
**eum fortem reddidit et spectat ad pates**  
**Tunc autem israhel qui interpretatur vir**  
**videns deum.** nomen imposuit qm ppter  
 celestium premlatiōem terrena respicit  
 et hoc spectat ad principatus. **Tūc neruū**  
**percussit et marcescit qm omnem esum car-**  
**nalis cōcupiscentie in nobis extinguit. et**  
**hoc spectat ad dñatiōes. Tercio in homie**  
**est potentia affectiua et ista habet triplicē**  
**defectum quem remouent ordines de su-**  
**prema iherarchia. Primus ē. qz dilectio**  
**nostra sepe ē priuata qm homo tm seipm**  
**diligat. et talis dilectio non est equa. Istū**  
**defectum remouēt throni. nam sicut dicit**  
**Greg. Throni dicunt sedes eo qz deus**  
**in eis sedeat et p eos iudicia sua decernat**  
**Psalm.** Sedes sup thronū qui iudicas  
 equitatem. **Secūdus est qz sepe est simu-**  
**lata. qm scz fingit se diligere primū quez**  
**non diligit. Et istum defectum remouēt**  
**cherubin qui interpretat plenitudo scien-**  
**tie. qui omnia simulata deregunt et ad lu-**  
**cem veritatis reducunt. Tercius est quia**  
**qm qz ē repida. quādo scz repide apud deū**  
**et istum defectum remouent seraphin qui**  
**interpretant ardentes. qz habent a nobis**  
**corporez excutere et in amorē dei nos for-**  
**titer inflāmare. Isti tres actus istorū triū**  
**ordinū significati sunt. iij. Reg. ij. vbi cū**  
**dñs helyam in celum subleuare veller ap**

paruerunt ei angeli in forma equorum et  
 currus igni. Angeli igit dicunt equi et  
 currus et ignis. Equi animalia dicunt ex  
 eo qz olim quadrigis equales p omnia  
 iungebant. Equi igit sunt throni qui in  
 equalia ad equalitatem p libram iudicij  
 sui descendunt et sic remouent dilectiōem  
 priuatā. Curus sunt cherubin qui in ob-  
 sequia caritatis curzare nos faciūt et oēm  
 simulatiōem deregunt. et sic remouent di-  
 lectionem simulatā. Ignis sunt seraphi  
 qui corporez excutunt et vehementer ac-  
 tendunt. et sic remouent dilectiōz repidā.

**De eodem Sermo. iij.**  
**Actū est preliū magnum in celo**  
**michael et angeli eius preliabāt**  
**cum dracone et. Apoc. xij.** Per  
 celum ecclesia militans intelligit in qua  
 multiplex preliū gerit. de quo prelio qua-  
 tuor tangunt. **Primo pueniētia loci. cū**  
**dicat Factum est preliū magnū in celo. i.**  
**in ecclesia militante. Celū em beatorū non**  
**est pueniens ad pugnandū qz ibi sunt so-**  
**lūmodo triūphantes. nec infernus. quia**  
**ibi sunt incarcerati et succubentes. sed ec-**  
**clesia militans est locus pueniens ad pu-**  
**gnandū qz ibi sunt supēdiarij et militātes**  
**Job. vi.** Milicia est vita hoīs sup terrā.  
**Secūdo pmit magnitudo prelij cū dicit.**  
**Et draco pugnabat et angeli eius Ipsi cū**  
**aduersarij magni sunt rōne potentie. Job**  
**xli.** Non est potestas sup terrā que ppet  
 ei. **Origenes.** Vult dñs deus facere mi-  
 rabiles res. vult de locustis supare gigā-  
 tes et de his que i terris sunt celestes vin-  
 cere nequicias. Sunt magni rōne astutiē  
 qz scdm **Greg.** diabolus aut opprimēdo  
 rapit. aut violādo circūuolat. aut suaden-  
 do blandit. aut minādo terret. aut despe-  
 rādo frāgit. aut pmittēdo decipit. **Ihero.**  
**Persequitur me hostis cui noīa mille cui**  
**etiā sunt mille nocendi artes et ego infelix**  
**victorē me putabo Nec mirz si diabolus**  
**adeo est astutus. qz scdm Iheroz. triplici**

acumine viger. scilicet subtilitate nature.  
 experientia tempore et revelatione superna  
 predestatum. Sunt magni ratione sentie. **J.**  
**De. v.** Aduersarius vester dyabolus tan  
 quā leo rugiens etc. Sicut enim leo sangui  
 nem sinit. sic et dyabolus sanguinem ami  
 marum nostrarū letanter accipit. **Gregor.**  
 Nil se fecisse reputat nisi cū animā sau  
 rat. Sunt magni ratione multitudinis in  
 finite. **Haymo.** Ut philosophi dixerunt  
 et sancti viri opinati sunt. aer iste ita plenus  
 est demonibus sicut radius solis est minu  
 tissimis puluisculis. Quamuis autē eos  
 sint. tamen iuxta sententiam origenis eo  
 rum exercitiū minuiimus cū eos vincim⁹.  
 Ita quod ille qui victus fuerit ulterius non  
 possit de illo vicio temptare. **Tercio** poni  
 tur multitudo prelii cum dicit. Michael et  
 angeli eius preliabantur cum dracone. Cir  
 ca quod notandum quod michael quatuor pre  
 lia gessit. in quibus semper victoriā habuit. **¶**  
**Primum** fuit quod cū lucifero et angelis su  
 is gessit. et hoc prelium vicit. et de celo ipsum  
 in bonum aerem caliginosum expulit. Non  
 enim permissum est eis in superiori preae  
 ris habitare. quia lucidus est et clarus. nec  
 etiam nobiscum in mundo. quia nimis nos  
 suis temptationibus infestarent. sed in me  
 dio aeris. ut dum sursum respiciunt et glo  
 riam quam amiserunt vident. inde dolor  
 rem sufferant. et dum inferius aspiciunt et  
 vident homines illuc ascendere unde ipsi  
 ceciderunt inde invidia torqueant. **¶** **Se**  
**cundū** prelium est quod cum diabolo de cor  
 pore moysi habuit. sicut dicitur **Jude. j.**  
 Sciens enim dyabolus iudeos ad ydo  
 latariam promptos esse. volebat corpus mo  
 ysi honorabiliter sepeliri ut iudei suas ydo  
 latrias ibi exercebant. sed Michael victo  
 riam habuit. quia corpus moysi ab omnibus  
 abscondit. **¶** **Forse** ista alitercatio fuit. quia  
 dyabolus dicebat se in moyse propter pecca  
 tum ad aquas predicationis aliquid ius ha  
 bere. sed cū michael sibi culpam remissam

esse assereret. et dyabolus adhuc instaret.  
 Michael ei dixit. Imperet tibi dominus  
 etc. **¶** **Tercium** preliū est quod habuit contra pha  
 raonem et egiptios. Credit enim fuisse il  
 le angelus qui plagas egiptiis intulit. qui  
 mare diuifit. qui in columna ignis et nu  
 bis populum israeliticum antecessit et ad  
 terram promissionis introduxit. Fuit enim  
 princeps synagoge. Unde dicit danielis. **x.**  
 Nemo mihi adiutor est nisi Michael pri  
 ceptus vester. Sed postquam indea dominum  
 crucifixum. factus est princeps ecclesie. Un  
 de refert Iosephus. quod audite sunt voces  
 angelorum dicentium. Transiamus ab his  
 sedibus. **¶** **Quartū** prelium est quod contra anti  
 christum habebit. Sicut enim dicit glossa super  
 illud **Apoca. xij.** vidit vnum de capitibus  
 eius occisum. Antichristus mortuum se fin  
 get. et per triduum latens postea apparebit.  
 dicens se suscitatum. et ferentibus eum de  
 monibus in aere ascendet. et vniuersis mi  
 rantibus adorabunt eum. Tandem dñs stabit  
 in papilionem in monte oliueti. ipse michael  
 antichristum occidet. ut dicit glossa super il  
 lud. **ij. Thessa. ij.** Quem dñs deus interfici  
 erit spiritu oris sui. **¶** **Quarto** ponitur nobili  
 tas triumphum cum dicit. et non valuerunt nec  
 locus eorum inuentus est amplius in celo.  
 Locus quidem inuentus est sed non in celo.  
 In demonibus quidem est considerare naturā.  
 officiū et culpam. Nature pueniret locus  
 supremus. scilicet celum in quo fuerunt creati.  
 et ibi stent si perseuerassent. Officio ve  
 ro quod habent. scilicet homines exercere puenit  
 locus medius. scilicet aer caliginosus et ut no  
 bis propinquum sint ad exercitandum. et clarita  
 tis lucem non habeant ad gaudendum. et ce  
 lum sursum respiciant ad inuidendum. Cul  
 pe autem puenit locus infimus scilicet infernus  
 unde post iudicium quando cessabit eorum effici  
 um detrudentur in infernum. nec ultra per a  
 erem habebunt transitum. sed incarcerati per  
 petuum sustinebunt tormentum.

## De Sancto

## Michael

De eodem Sermo. iiii

**M**ichael unus de principibus primus venit in adiutorium meum. **Danie. x.** Beato michaeli deus quintuplex officium in sua curia assignauit. Primum est officium principandi. **Ido** dicit Michael unus de principibus primus. licet enim olim fuerit princeps synagoge modo tamen factus est princeps ecclesie. In tantum angeli per his quibus principant zelare videntur. ut sibi inuicem obuiare et preliari dicantur. Unde **Dan. xiiij.** ponunt quatuor angeli de ordine principatus. quorum unus. scilicet michael erat princeps eorum qui remanserant in terra postmissionis. alius scilicet qui loquebatur cum Daniele erat princeps illorum iudeorum qui erant in captiuitate persarum. Alius erat princeps grecorum. quartus erat princeps persarum. **Ubi Greg. dicit** Recte angeli pre se veniunt quod subiectarum sibi gentium vicissim sibi merita peradiunt. Cumque vniuersorumque gentium vel culpa vel iusticia ad supremum posilium dei ducit eiusdem gentis propositus vel obrinuisse in certamine vel non obtinuisse prohibet. Secundo habet officium adiuvandi unde dicit Michael venit in adiutorium meum. Ipse enim cum ceteris angelis sibi commissis adiuvat malos et bonos. Malos monendo eos ad penitentiam. hoc namque significatum est **Judic. vi.** ubi angelus eduxit ignem de petra. nam sepe de hominibus duris angelus eduxit ignem contritionis. Purgat labia ad confessionem. hoc significatum est **Isaie. vi.** ubi per angelum labia ysaie expurgantur. Inducit ad satisfactionem hoc significatum est. **i. Para. xxi.** in angelo qui dixit gad prophete ut diceret dauid ut in montem ascenderet et deo satisfaceret. Adiuvat etiam bonos. diabolus enim inimici intelligentiam nostram obnubilare per errorem et voluntatem nostram coinquinare per amorem. et memoriam nostram offuscare per oblivionem. Angelus autem secundum **dionysium**

habet virtutem illuminatiuam. purgatiuam et perfectiuam. Et ideo eius indigenus ministerio ut rationem illuminet. affectionem purget. memoriam perficiat et psument. Tercio habet officium preliandi. preliabatur enim cum dracone. **Dan. xiiij.** In tempore illo surget michael princeps magnus qui stat per filios populi sui ut prelietur cum dracone cum diabolo. **Apoc. x.** Michael et angeli eius preliabantur cum diabolo. **Iude. i.** Cum michael archangelus cum diabolo altercaret et preliabatur etiam cum principe persarum. **Dan. x.** Princeps regni persarum resistit mihi. et ecce michael venit in adiutorium meum. Per draconem qui est animal sibi bundum significat demonem qui preest avaritiam contra quem michael pugnat quoniam ipsum refrenat. Per diabolum qui dicitur deorsum fluens. significat demonem qui preest superbiam. quod diabolus per superbiam de celo deorsum deflavit. Contra quem prelium gerit quando ipsum ab infestatione cessare facit. Per regem persarum intelligit demonem qui preest luxuriam. per se namque interpretatur sua latera dissoluentes. quod luxuria tota ad terram deputavit et tota deo diuidit et segregat. et totum corpus miserabiliter dissolvit et tantam substantiam consumit. Et ideo tales recte vocantur per se. i. sua latera dissoluentes. Contra istum ergo draconem pugnat quoniam ipsum ab impugnatione refrenat. Quattro habet officium ponderandi. nam secundum ecclesie picturas michael habet animas ponderare. Dicit autem **Dan. v.** Appensus es in statera et inuentus es minus habens. Sunt namque quedam anime vacue que nulla secum merita portauerunt istas appenderet et eis diceret. Appensus es in statera et inuentus es minus habens. quedam anime que semiplene sunt. istas ponderabit et diceret Appensus es in statera et inuentus es minus habens. Sunt et quedam anime plene que multa merita secum portauerunt. istas ponderabit et diceret Appensus es in statera et inuentus es satis habens.

Sunt enim quedam superplene que non  
tū precepta xpi sed eius p̄silia seruauerūt.  
Et istas aīas ponderabit ⁊ dicet. Appen-  
sus es in statera. ⁊ inuentus es multū ba-  
bens. **Q**uinto habet officiū deportandi.  
qz cū ceteris alijs angelis sibi subiectis a-  
rimas iustas in celū deportat. **P**ortat au-  
tem aīas valde reuerenter. qz nō in hūme-  
ris sed in manibz. **P**s. In manibz porta-  
tis sed in manibz. **P**s. In manibz porta-  
bunt te ⁊c. **P**ortant diligenter. qz eas ab  
omnibz offendiculis custodiunt. vnde se-  
quit. ne forte offendas ad lapidē ⁊c. **P**or-  
tant valde gaudentes cū canticis ⁊ iubila-  
tionibz. **I**sa. lv. In leticia egrediemini ⁊c.  
**P**ortant valde humiliter. qz pauperes ⁊  
mendicos nō despiciunt. sicut p̄. **L**u. xvj  
in lazaro mendico quē angeli deportauerūt.  
⁊ ista deportatio fit in signū fiducie.  
vt sc̄ ex hoc deſ. intelligi q̄ secure sunt aīe  
sanctorz de hac vita egredientes q̄ tales de-  
fensores hñt. **P**s. Angelis suis mādaui  
de te ⁊c. In signū reuerentie. sicut aliquā  
do socius in itinere aliū portat non hūme-  
ris sed solacijs. **I**sa. lv. Montes ⁊ colles  
i. maiores ⁊ minores angeli cantabūt co-  
ram vobis laudem.

De eodem Sermo. v.

**A**ngelis suis mādaui de te vt cu-  
stodiant te in omnibz vīs tuis.  
**P**s. Istā verba p̄tractans beatus  
ben. sic dicit. Magna dilectio caritatis.  
quis. quibz. de quo ⁊ quid mandauit. **S**i  
quidē deus mandauit ⁊ angelis suis mā-  
daui. de te hōc mandauit. vt custodiāt  
te in omnibz vīs tuis mandauit. **E**x quibz  
verbis habet q̄ in illo qui mandauit oñ-  
diē magna caritas eo q̄ tantos ⁊ tales  
hōi deputauit. vnde dicit ibidē. **N**ōne quid  
est hō qz innotuisti ei aut filius hōmis ⁊c.  
**D**eniqz ei mittis vni genitū tuum. immit-  
tis sp̄m sanctū tuum. p̄mittis vultū tu-  
um. ⁊ ne quid p̄acer in celestibz ope sol-  
licitudinis. illos etia beatos sp̄s p̄pter  
nos mittis in ministeriū nostrū. **S**ecundo

in angelo ostenditur magna humilitas. qz  
tam humile officium non recusat. ⁊ ideo  
magnam debet sibi homo reuerentiā exhi-  
bere. **U**nde ben. In quouis diuersorio in  
quouis angulo reuerentiā exhibe angelo  
tuo. ⁊ ne audeas illo p̄ire qd me p̄ire nō  
auderes. **B**er. Angelis suis d̄s mādaui  
de te. quantā tibi inquit debet hoc verbum  
inferre reuerentiā. afferre deuotionem. con-  
ferre fiduciam. Reuerentiā p̄ presentia  
deuotionem p̄ beniuolentia. ⁊ fiduciam p̄  
custodia. **T**ercio in homine notat mag-  
na dignitas. in hoc q̄ ab angelis meruit  
custodiri. **I**heromi. Magna dignitas ani-  
mā vt vnaqueqz ab ortu sue natiuitatis  
angelum habeat ad sui custodiā deputa-  
tum. **L**ibenter enī angelus hōi ministrat  
p̄pter hominis dignitatem. necessitatem.  
⁊ suam vtilitatem. **D**ignitas hominis in  
hoc attendit. q̄ natura diuina associata ē  
nature humane in eandem personam. **E**t  
ideo homo est frater dei. ⁊ honor qui exhi-  
betur homini in christum fratrem refundi-  
tur. **N**ecessitas hominis est. quia dyabo-  
lus sepe rationem in homine seducit. vo-  
luntatem allicit. opprimit virtutem. ideo  
necesse est vt angelus rationem erudiat p̄  
suam sapientiam. voluntatem inflammet  
per caritatem ignitam ⁊ virtutem roboret  
per exhortationem internam. **V**tilitas ve-  
ro angeli est quia eoz ruina debet ex saluā-  
dis hominibus restaurari. **D**icit autē au-  
gustinus q̄ tot homines saluabunt quot  
angeli ceciderunt. **G**regorius dicit q̄ tot  
homines saluabuntur quot remanserunt  
angeli. **A**liq̄ dicunt q̄ in celo erunt due so-  
cietates numero equales. **U**na erit socie-  
tas angelorum quorum ruina de solis vir-  
ginitatibus restaurabitur. **E**t alia est socie-  
tas hominū aliorū. **Q**uarto notat magnā vi-  
litas cum d̄. vt custo. te in om. vīs tuis  
**C**ustodiunt enim hōiem in vita. in morte  
⁊ post mortē. **I**n vita quidē a tempra rōe  
dyabolica p̄seruando. **H**oc significatū est

**Apoca. xx.** In angelo qui demonem ligauit et in abyssum misit. In bonum grante eos perficere faciendo scilicet in bonum grante preuenientis perficientis et perfecte **Judith. xiiij. ca.** Vixit dominus quod custodiuit me angelus eius et hinc euntem quo ad gratiam preuenientem. et ibi commorantem quo ad gratiam perficientem. et inde huc reuertentem quo ad gratiam perficientem. Bona eorum in conspectu dei representando. scilicet orationes ieiunia et elemosinas **Thobie. xij. ca.** Bona est oratio cum ieiunio. et elemosina magis quam thesauros auri perdere potest. **Secundo** angelus custodit homines in morte. Alia namque tunc quatuor incommoda parit. Unum est quod timor mortis eam affligit. Contra hoc sepe sanctis viris angelus suam saluationem reuelat. et sic timorem excludit et letanter animam exire facit. **Isa. lv.** In leticia egrediemini. Secundum est quod deus rationem requirit. Contra hoc angelus deum sibi reconciliat. Unde **Bernardus**. super **Can.** discursit angelus medius inter dilectum et dilectam. vota offerens et referens dona excitat istam placat illum. Tercium est quod diabolus animam recipe prehendit. Contra hoc angelus diabolum fugat. hoc significatum est **Gen. xxxij.** ubi cum iacob esau valde timeret angelos obuios habuit ipsum adiungere patos et ait. castra dei sunt hec. Quartum est quod peccatorum multitudo ipsam terret et sollicitam reddit. Contra hoc angelus sepe peccata dimissa reuelat **Dan. x.** dicit gabriel. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. **Glo. i.** sententiam a deo. Et sequitur. Ego autem veni ut indicarem tibi. scilicet peccata esse dimissa quia vie desideriorum es. **Tercio** angelus custodit animam post mortem in omnibus vijs suis. Tres enim sunt vie. Una que ducit ad infernum. alia ad purgatorium. tertia ad celum. In prima via angelus animam custodit ne per eam incedat. Unde talis anima regretriatur deo dicens. **Pater** quia dominus

adiunxit me. scilicet per angelum suum paulominus habitasset in inferno anima mea. In secunda via eam custodit quod ipsam purgandam ad purgatorium ducit et purgatam inde educit. **Thobie. v.** dixit angelus. ego sanum ducam et reducam filium tuum. In tertia via eam custodit. quod ipsam in celum feliciter introducit. **Ero. xliij.** Ecce ego mittam angelum meum qui te custodiat in via et inducat in terram quam promisi patribus tuis.

**De eodem Sermo. vi.**

**Q**ui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem videntem **Psal.** Angelus est nomen officij. Spiritus autem est nomen nature. minister nomen operationis. ignis vero nomen ardentis amoris. In premissis ergo verbis quatuor de angelis considerant. Primum est obediencie voluntas. cum dicitur. Qui facit angelos. Sunt namque angeli dei nuntij qui vadunt et discursunt secundum dei imperium. Unde **dionysius** distinguit in angelis triplicem motum. scilicet circularem. rectum et obliquum. Circularem motum mouent cum ad deum mouent. Recto cum ad nos mittunt. Obliquos vero qui ex recto et circulari motu componunt quando scilicet et nobis prouident et in deum immobiles manent. sic enim ad nos mouent ut a deo minime auerrant. Secundo in angelis considerat nature dignitas. cum dicitur spiritus. **Aug.** Sicut aurum corruptum melius est quam argentum incorruptum. et argentum corruptum melius quam plumbum incorruptum sic etiam quilibet corruptus spiritus melior est quam incorruptum corpus. Et hoc est ratione simplicitatis nature. Quamuis enim angelus dignior sit homine propter nature simplicitatem. homo tamen est dignior angelo propter assumptam a dei filio humanitatem. Homo enim magis attrinet christo quam angelus. Quod tribus modis ostendi potest. Primum quod deus angelum de progenie sua fecit

quando ad ymaginem et similitudinem suam fecit eum. hominem vero fecit de p[ro]p[ri]e sua. q[uod] ad ymaginem et similitudinem suam fecit eum. Et insup[er] se fecit de p[ro]p[ri]e nostra. sc[ilicet] q[uod] uerbum caro factum fuit. Secundo q[uod] angelus tantum attinet christo ex parte patris. q[uod] deus pater est pater cui filii s[un]t per eternam generationem. et est pater angelorum per creationem. homini vero christus attinet ex parte patris sicut angelus et ex parte matris q[uod] non angelus. Tercio q[uod] deus p[ro]traxit parentelam cum angelo solummodo dando. quando sc[ilicet] filiam suam. i. ymaginem suam eius dedit. Cum hominem vero p[ro]traxit dando filiam suam. id est ymaginem suam et recipiendo sororem nostram. id est humanam naturam. Tercio p[ro]fiteratur in angelis operationis strenuitas cum dicitur. Et ministros suos. Ut autem videamus illa que nobis ministrant notandum est s[ecundum] aug[ustinum]. q[uod] quedam sunt bona infima. quedam media. et quedam suprema. Bona infima sunt bona temporalia que angeli nobis ministrant ad sustentationem. Et hoc significatum est. iij. Reg. xix. ubi angelus ministravit helie cibum et potum. Ito bic. xij. Bonis operibus per eum repleti sumus. Media vero bona sunt bona spiritalia que angeli nobis ministrant ad iustificationem. q[uod] nos illuminant ad cognitionem. Hoc significatum est. Apocal. xviii. in angelo de quo dicitur q[uod] terra illuminata est a claritate eius. Inflammat nostrum amorem. Hoc significatum est. iij. Reg. ij. in angelis qui in curru igneo et equis igneis apparuerunt. Et excitant nostram operationem. iach. iij. Angelus d[omi]ni excitavit me quasi hominem qui excitat a somno. Bona vero suprema sunt bona celestia que nobis ministrant ad glorificationem. portant enim animas nostras ipsas in manibus suscipiendo. Psal. In manibus portabunt te. unde cantat ecclesia. Archangelem michael constitui te principem super omnes alas suscipiendas

Susceptas vero per viam reducendo. Exodi. xxij. Ecce ego mitto angelum meum qui custodiet te in via etc. Deductas vero repraesentando. Hoc significatum est. Lu. xv. in illo mendico quem angeli in celum deduxerunt et deo repraesentaverunt. Quarto in angelis p[ro]fiteratur fervens caritas cum dicitur. ignem vident. Dicuntur autem angeli ignis vident duplici de causa. sc[ilicet] q[uod] ardent per amorem et lucent per cognitionem. Sc[ilicet] autem dyoni. amor habet triplicem vim. sc[ilicet] elevari. q[uod] elevat inferiora superioribus. coordinari. q[uod] coordinat equalia coequalibus. inclinari. q[uod] inclinat superiora inferioribus. Istam autem triplicem vim amor in angelis operatur. et quantum ad hoc ipsi angeli vocantur ardores sempiterni. lampades ignis. et carbonem accendi. Nam in quantum amor habet in angelis virtutem elevari per quam ad deum eleuantur et ab ipso inflammantur dicuntur ardores sempiterni. Isa. xliij. Quis habitare poterit de vobis cum ardoribus sempiternis. In quantum autem habet in eis vim inclinari per quam ad nos inclinantur et ad deum nos inflammant tunc dicuntur carbonem accendi. Ezechielis. i. Similitudo animalium ex aspectu eorum quasi similitudo carbonum ignis ardentium. In quantum vero habet vim coordinari per quam se invicem coordinant. et in dei amorem inflammant dicuntur lapides ignis. Ezechielis. xviij. In medio lapidum ignis ambulasti. Secundo ipsi angeli dicuntur ignis. q[uod] lucent per cognitionem. Habent enim triplicem cognitionem. sc[ilicet] matutinam. vespertinam. et mediam. Cognitionis vero matutina est prout cognoscunt res in verbo. Cognitionis vespertina est prout cognoscunt res prout sunt in propria natura. Sicut autem mane est principium diei. vespere autem terminus. ita cognitio diei matutina sc[ilicet] res sunt in ipso primo principio. vespertina autem

scdm q in ppa natura p'sistunt. Et cog-  
nitionem meridianam habent in q'tu deu  
apte et clare cognoscunt. Et ista cognitio  
sponsa perebat dicens **Can. j.** Indica mi-  
hi ubi pascas. ubi cubas in meridie. Et  
q'tum ad istam cognitionem triplice ipsi  
angeli tripliciter nominant. s. astra matu-  
rina **Job. xxxviij.** Ubi eras cum me lau-  
darent astra matutina **Specula** pura **dio-  
nisi.** Angelus est imago dei manifesta-  
tio oculi luminis. speculum puri incō-  
taminatū immaculatū. **Lumina** secūda.  
**Dam.** loquens de angelis dicit eos esse  
lumina secunda intellectiva ex principio  
sine principio illuminatōnem habēna. lu-  
men primū et principale est ipse deus cūcta  
illuminans et a nullo illuminatus. sed lu-  
men secundū est ipse angelus ab ipso pri-  
mo lumine illustratus. lumen aut̄ terciū  
potest homo vocari qui sepe ministerio an-  
geli mediante divinas illuminatōnes re-  
cipit.

**De eodem Sermo. viij.**

**N** Unquid nosti ordinem celi et po-  
nas rationem eius in terra. **Job**  
**xxxviij.** Cum de rebo p triplice  
modū noticia habeat. s. p revelationē di-  
vinam. p eruditōnem humanā et p inqui-  
sitionem p'p'iam ordinem celi qui cōsistit  
in iherarchijs et ordinibz angeloz. beatus  
paulus vsq ad terciū celum raptus cog-  
novit p divinam revelationem. **Dionisi.**  
p pauli eruditōnem. ceteri autē doctores  
cognoverūt p revelationem dei. et p erudi-  
tionem pauli et dionisi. aut p inquisitōz  
**ap'ij studij.** De isto ergo ordine celi tria  
sunt vidēda. Primo qualiter ipsi ordi-  
nes ab invicem distinguuntur. que quidez  
distinctio haberi potest ad distinctōnem et  
similitudinem regalis curie ubi sunt qui-  
dam qui circa psonaz impatoris assidue  
puerant. similes his sunt ordines prime  
iherarchie. Eoz autem qui circa psonam  
regis puerant hoc quibusdam competit

ratione familiaritatis et amicitie ut sunt  
amici filij et cubicularij. et istud spectat ad  
seraphin qui di familiaritate pre omnibz  
sunt dilecti. **Grego.** Seraphin sunt illa  
agmina que ex singulari p'pinq'itate cō-  
ditoris sui incomparabili ardent amore.  
Quibusdam aut̄ hoc competit rōne sapi-  
entie ut sunt philosophi et p'silarij. et istud  
spectat ad cherubin qui dei cognitōnez sa-  
pientia sunt p'editi **Greg.** Cherubin ple-  
nitudo scientie dicit et sublimiora illa ag-  
mina cherubin vocata sunt. qz tanto p'fec-  
tiori sunt plena scientia quanto claritatē  
dei vicinior p'emplant. Quibusdā aut̄  
hoc competit ratione iusticie ut sunt iudi-  
ces et assessores et istud spectat ad thronos  
**Greg.** Throni dei sunt qui tanta divini-  
tatis gratia replent ut in eis dñs sedeat  
et p eos iudicia decernat. Alij sunt qui cir-  
ca negocia torius regni generaliter occu-  
pant. Similes autem his sunt ordines  
medie iherarchie. Eoz autem quidā hoc  
faciunt p modum impandi ut sunt regali  
curie domini et istud spectat ad dñatōnes  
Ad quos p'inet alijs angelis inferioribz  
p'cesse. et eis divina ministeria imperare.  
qd innuit zachā. ij. ubi vnus āgelus im-  
peravit alteri dicens. **Corre et loquere ad**  
**puer istum.** Quidam vero faciunt per  
modum opandi ut sunt iusticiarij. et istud  
spectat ad virtutes quaz est ardua opari  
vnde attribuit eis opatio. **Greg.** Virtu-  
tes vocant illi spūs p quos signa et mi-  
racula frequentius fiunt. Quidam vero  
hoc faciunt p modum pugnandi. ut sunt  
milites et legiones. et istud spectat ad po-  
testates. que p'ra demones habent pug-  
nare et eorum potentiam refrenare **Greg.**  
Potestates vocant hi angeli qui hoc p'ce-  
teris potentius perceperunt ut eoz iu-  
risdictōni potestates aduersē subiecte sint  
Alij vero ad loca determinata vel negocia  
regis specialiter deputantur. Similes his  
sunt ordines terciē iherarchie. Eoz autē

quidam hoc faciunt per modum legatorum  
et istud ad principatus spectat. Quidam  
vero per modum simplicium ministroꝝ et  
istud proprie spectat ad archangelos. Quis-  
dam vero per modum cursorum et nuncioꝝ et  
hoc spectat ad angelos. Vel dicendum est  
quod quidam presunt puincijs et isti sunt de  
ordine principatus. Quidam civitatibus  
et locis et isti sunt de ordine archangelorum  
et locis. Quidam singularibus personis et istud spe-  
ctat ad angelos. Secundo videndum est  
qualiter homines ad ipsorum angelorum cho-  
ros assumantur. Quidam enim assumuntur  
ad ordines inferiores iherarchie et istorum  
tria sunt genera. Quidam enim sunt simpli-  
ces et illiterati verbo. tamen exemplo quoniam  
possunt edificantes alios. et isti assu-  
muntur ad ordinem angelorum. Greg. Sunt  
plurimi qui parua capiunt. sed tamen pie  
hoc annuntiare fratribus non desistunt. Isti  
in angelorum numerum currunt. Quidam ve-  
ro sunt magna intelligentes et solliciti a-  
lios admonentes. illi in ordinem archan-  
gelorum assumuntur. Greg. Sunt nonnulli  
qui summa capere et nunciare prevalet.  
quo isti nisi in archangelorum numero depu-  
rantur. Quidam sunt per vite perfectionem  
aliorum merita transcendent. illi assumun-  
tur ad ordinem principatum. Greg. Sicut  
nonnulli qui etiam electorum hominum meri-  
ta transcendunt. cumque bonis meliores sunt  
sortem suam non nisi inter principatum nu-  
merum acceperunt. Vel potest dici quod ad or-  
dinem principatum assumuntur illi qui be-  
nererunt suam principalem puinciam  
Ad ordinem archangelorum assumuntur qui  
bene rexerunt suam terram et suam ecclesiam.  
Ad ordinem vero angelorum assumuntur qui  
bene rexerunt suam personam. Alii vero assu-  
muntur ad ordinem medie iherarchie et istorum  
tria sunt genera. Quidam enim sunt  
de aliorum corporibus et animabus peccata et de-  
mones expellentes. et isti assumuntur ad or-  
dinem potestatum. Gregori. Sunt nonnulli

qui etiam de obsessis corporibus malignos  
ipsius effugant et expellunt. quo isti meritum  
suum nisi in potestatum numerum sortiuntur.  
Quidam vero sunt signa et miracula ope-  
rantes. et isti assumuntur intra ordinem vir-  
tutum. Grego. Sunt qui mira signa va-  
lenter operantur. quo isti nisi ad supernarum  
virtutum sortem congruunt. Quidam vero  
sunt omnibus in se vicijs dominantes. et isti  
assumuntur intra ordinem dominationum.  
Grego. Sunt nonnulli qui in seipsis cum  
ceteris vicijs dominantur. quo ergo isti nisi in  
tra numerum dominationum currunt. Alii  
autem assumuntur ad ordines supreme ihe-  
rarchie. Et istorum tria sunt genera. Quidam  
enim sunt valde spirituales. et ideo de alijs  
iudicantes. De quibus dicitur. ad Cor. ij.  
Spiritualis homo omnia iudicat. et ipse  
a nemine iudicatur. et isti assumuntur ad ordi-  
nem thronorum. Gregorius. Sunt nonnul-  
li qui sibi met vigilantia cura dominantur.  
et hoc in munere virtutis accipiunt. ut iu-  
dicare se et alios recte possint. quorum men-  
tes velut in throno dominus presidens ali-  
orum facta examinat. qui ergo isti nisi throno-  
rum sui iudicioris sunt. Quidam sunt dei et p-  
rimi caritate flagrant. Isti assumuntur  
intra ordinem cherubin. Grego. Sicut non-  
nulli qui tanta dei et primi dilectione ple-  
ni sunt ut iure cherubin nominentur. Quia  
enim plenitudo legis est caritas omnesque  
dei et primi caritate ceteris pleni sunt sor-  
tem in cherubin preceperunt. Sunt namque  
quidam in igne amoris conversi. et in so-  
lo dei desiderio anxiantes. Isti assumun-  
tur intra ordinem seraphin. Gregorius.  
Sunt nonnulli qui superne contemplari  
omnis facibus accensi in solo conditoris de-  
siderio anxiant. et quos verbo tangit ar-  
dere prout in dei amore faciunt. Quid  
ergo istos nisi seraphin dixerim. quorum  
in ignem cor conversum lucet et vrit. ¶  
Tercio videndum est qualiter mittuntur  
Seraphin quidem mittuntur ad cordium  
F. ij.

## De Sancto

inflammationem **Isay. vi.** Volauit ad me vnus angelus d' seraphin. Cherubin mittunt ad scientie eruditionem. hoc significatum est **Apoca. xij. ca.** in angelo qui habebat librum in manu. Throni mittunt ad iudicij informationem. Habent namq; ipsi throni iudices informare vt legem intelligant. **Actu. vij.** Accepistis legem in dispositione angelorum. Dominatōnes mittunt ad sensuū sub dominio rationis subiugationem. hoc significatū est **Gen. xvi.** vbi angelus dixit agar ancille vt ad dñam suam rediret et se sibi humiliaret. Virtutes mittunt ad miraculorū opationē. hoc significatū est in angelo raphael. qui rhabiam illuminauit et filiū a deglutōe piscis eripuit. Potestates mittunt ad temporiorum et demonū repressiōē. hoc significatum est **Apoca. xx.** in angelo qui sua catixna demonem et eius potentiam colligauit. Principatus mittunt ad principum instructionem. hoc significatū est **Dani. x.** vbi ponunt tres principes. scz p'saz. grecorū et iudeorū. Archangeli mittuntur ad singulorū rectorū eruditionem. et maiorū reuelationem. vnde archangelus Gabriel zachariam docuit et natiuitate christi nūciauit. Angeli vō mittunt ad singulorū p'sonarū defensionem et minorū reuelationē et animarū deportationem. **Luce. xvi.** Factum est vt moreretur mendicus et portare ab angelis in sinum abrahe

**De sancto Iheronimo**  
Sermo primus.

**V**istum deduxit dominus p vias rectas. **Sap. x.** Presens verbum potest exponi de beato Iheronimo qui vere iustus erat et multas vias fecit. in quibz vix dñs eum deduxit. Prima via est qua de patria sua romā venit et ibi sibi quatuor acciderunt. Primo ibi assensus est omnīū scientiarū magnā pfectōz

## Iheronimo

Nam in grāmatica magistrū habuit doctum. in rethorica victorinū. qui tante fame ac scientie exiit q; imaginē in foro rome sibi promeruit. Secundo magnam p'motionem qz cum ipse esset triginta annorū cardinalis presbiter est ordinatus et mortuo papa dignus summo pontificio ab omnibus acclamatus. Tercio passus ē magnam p'secutiōz. qz cum ipse quorūdā clericorū et monachorū vicia reprehenderet ipsi ei insidias parauerūt et p vestem muliebrem ei turpiter illuserunt. Quā seuerus ait. Sancto Iheronimo iugis aduersus malos fuit pugna. Oderūt eum heretici qz eos impugnare non desinebat. oderūt eum clerici qz eorū vitam insectabatur et crimina. sed reuera omēs boni euz amiranē et diligunt. Istas namq; p'secutiōes ferebat patienter. Unde dixit. Malefici in me garriunt. sed scio ad regnū celoz pueniri p infamiā et bonam famam. Ferebat gratanter. vnde in epistola ad asellam sic ait. Gratas ago deo qz suz dignus habitus quem oderit mundus et pati ppter xpm. Ferebat desideranter. Et idcirco dicebat. Quānam ob domini mei nomen. infidelū turba me psequeret. vtinā in obprobriū meum solidius insurgeret hic mūdus vt tantū merear a christo laudari et sue pollicitatiōis sperare mercedem. Grata quidē et desiderata temptatio est cuius premiū a christo sperat. Vō autē istas p'secutiōes sustinuit patienter. gratanter. desiderāter. qz sciebat verum christianum p'secutiōes pati debere. Vñ ipse ait in epistola ad lyodōz. Eras frater eras si putas christianum vnq; p'secutiōnem non pati. tunc maxime oppugnavis si te oppugnari non sentis. Quarto rome passus est a deo magnam flagellatiōē. sicut ipse refert in epistola ad eustochium. cum ipse esset adulescens seculares sciētiās nimis ardēter legebat. Et circa hoc sicut ibidem refert in quatuor peccabat. Primo qz totū tēpus